

.lxxxviii. DE DISCRETIONE DOGMATUM

IUXTA QUALITATEM AUDIENTIUM .

Hoc nosse debet unumquemque doctorem catholicum . ut be
ne perpendat sui sermonis auditorum qualitatem . quia ut
reuerendę memorie gregorius nazarenus edocuit . non
una eademque cunctis exortatio congruit . quia nec cunc
tos parmorum qualitas asstringit . Sepe namque alios offen
dunt . que aliis prosunt . quia plerumque herbę quę haec anima
lia nutriunt . Alia occidunt . et lenis sibilus equos mi
tigat . catulos instigat . et medicamentum quod hunc morbum
imminuit . alteri uires iungit . et panis qui uitam fortium
/163r/ roborat . paruulorum necat . Pro qualitate igitur audientium .
formari debet sermo doctorum . ut ad sua singulis congruat .
et tamen a communis aedificationis arte nuque recedat . Quid
enim sunt intente mentes auditorum . nisi ut ita dixerim . quę
dam in cythara tentiones stratę chordarum . quas tangendi
artifex . ut non sibi metipsis dissimile canticum faciant dissimi
liter pulsat . et idcirco chordę consonam modulationem red
dunt . quia uno quidem plectro sed non uno impulsu feriuntur .
Unde et doctor quisque ut in una cunctos uirtute caritatis
aedificet . ex una doctrina non una eademque exortatione .
corda audientium tangere debet . Aliter namque ammonen
di sunt uiri atque aliter feminę . quia illis grauia secundum sexum
suum atque fortia . istis uero iniungenda sunt lenia atque
leuiora . ut illos magna exerceant . Istan uero lenia de
mulcendo conuertant . Aliter ammonendi sunt iuuenes .
atque aliter senes . quia illos plerumque se ueritas ammonitio
nis ad perfectum dirigit . Sicut apostolus dicit . Increpa iunio
res . hoc est ut in melius se emendent . Istos uero admelio

ra opera deprecatio blanda componit . sicut scriptum est . seni
orem non increpaueris . sed obsecra ut patrem leniter atque
suauiter . Aliter ammonendi sunt inopes . atque aliter locuple
tes . Illis namque conferre solatium contra tribulationem . istis
uero inferre mecum contra elationem debemus . Inopi quippe
a domino per prophetam dicitur . noli timere . quia non confunderis .
elegi enim te in camino paupertatis . Paulus autem discipulo
de diuitibus dicit . diuitibus huius seculi precipe . non superbe sapere
neque sperare in incerto diuitarum suarum . et dominus in euangelio .
Vę uobis diuitibus qui habetis consolationem uestram . ac si dix-
/163v/ -isset . quia ex presentis uitę abundantia hic consolantur .
qui nesciunt nec requirunt quę sunt aeterna gaudia .
Offerenda est ego eis consolatio . quos caminus pauperta
tis excoquit . atque illis inferendus est timor quos
consolatio glorię temporalis extollit . Vt illi sciant
quia diuitias quas non conspiciunt . iam possident .
et isti cognoscant . quia has quas hic possident . te-
nere semper nequaquam possint . Plerumque tamen
personarum ordinem permittat qualitas morum . ut sit diues
Humilis . sit pauper elatus . Unde mox pr̄edicantis lin
gua . cum audientis debet uita componi . ut tanto distric
tius in paupere elationem feriat . quanto eum nec inlata
paupertas inclinat . et tanto lenius humilitatem di
uitum mulceat atque lētificet . quanto eos nec abun
dantia quę subleuat exaltat . Aliter ammonendi sunt
laeti atque aliter tristes . lētis uidelicet inferenda sunt
tristitia quę secuntur ex supplicio tristibus uero
inferenda sunt laeta . que promittantur ex regno .
Discant igitur lēti ex minarum asperitate quod timeant .
audiant autem tristes premiorum gaudia . De quibus
laetificant . illis quippe dicitur . Uae uobis qui ridetis

nunc . quia lugebitis et flebitis . Isti uero quod idem
magister dicit audiant . Iterum uidebo uos . et gaude
bit cor uestrum . et gaudium uestrum nemo tollet¹ a uobis .
Et iterum . Gaudete et exultate . ecce enim merces
uestra multa est in cēlis . Aliter ammonendi sunt sub
diti . atque aliter prelati . illos ne subiectio conterat . istos
ne locus superior extollat . illi neminus quę iubentur
/164r/ impleant . isti ne plus iusto iubeant quę compleantur . Illis namque
figuraliter dicitur . Filii oboedite parentibus uestris in domino
istis uero precipitur . et patres . nolite prouocare ad iracun
diam filios uestros . Scire etenim prelati debent . quia si per
uersa umquam perpetrant . tot mortibus digni sunt . quot ad
subditos suos perditionis exempla transmittant . Vnde
necesse est ut tanto se cautius a culpa custodiant . quan
to per praua quę faciunt non solum moriuntur . sed alio
rum animarum quas prauis exemplis destruxerunt rei
sunt . Ammonendi sunt igitur . ut sic in propria sol
licitudine uigilent . quatenus a comissorum custodia
minime umquam torpescant . Dignum itaque est
ut cuncti qui presunt . intus et in circuitu oculos
habeant . quatenus et interno iudici in semetipsis
placere studeant . et exempla uitiae exterius pre
bentes . ea etiam quę in aliis sunt corrigenda de
prehendant . Ammonendi sunt subditi . ne pre
positorum suorum uitam temere iudicent . siquit eos
fortasse agere reprehensibiliter uideant .
Ammonendi sunt iterum né cum culpas prēpositorum
considerant . contra eos audacieores fiant . sed humi
liter obsecrent ut in melius se emendent . Ita
tamen . ut si qua sunt praua eorum opera . diuino-

¹ tollet] corr. from tollit

amore constricti . ferre sub eis iugum reuerentię
Non recusent . quod melius ostendimus . si dauid
factum in medium deducimus . Saul quippe
persecutor . cum ad purgandum uentrem speluncam
fuisset ingressus . illic cum uiris suis dauid inerat
/164v/ qui iam longo tempore persecutionis eius mala tolerabat . Cumque
eum uiri sui adferiendum saul ascenderent . fregit eos respon
sionibus . quia manum in christum domini mittere non deberent .
qui tamen occulte surrexit . et oram clamidis eius abscidit .
quid enim per saul nisi mala rectores . quid per dauid nisi boni
subditi designantur . Saul igitur uentrem purgare est .
prauos pr̄positos conceptam in corde malitiam ~~in corde~~
usque ad opera miseri odoris extendere . et cogitata apud
se noxia factis exterioribus exsequendo monstrare . quem
tamen dauid ferire metuit . quia pię subditorum mentes
ab omni se peste obtractationis abstinentes . Praepositorum
uitam nullo linguę gladio percutiunt . etiam non de in perfec
tione reprehendunt . Qui etsi quando pro imfirmitate sé
sé abstinere uix possunt . ut extrema quædam atque ex
teriora prepositorum mala . sed tamen humiliter . loquantur .
quasi oram clamidis silenter incidunt . Quia uidelicet dum
praelatę dignitati saltim innoxie et latenter derogant .
quasi regis superpositi uestem foedant . sed tamen ad semet
ipsos redeunt . seque uehementissime uel de tenuissima
uerbi laceratione reprehendunt . Vnde bene et illic scrip
tum est . Post hęc dauid percussit cor suum . eo quod absci
disset oram clamidis saul . Facta quippe pr̄positorum
oris gladio ferienda non sunt . etiam iam cum recte reprehen
denda iudicantur² . Si quando uero contra eos uel in minimis
lingua labitur . necesse est ut per afflictionem p̄enitentię

² iudicantur] corr. from iudicanda

cor prematur . quatenus ad semetipsum redeat . et cum prepositę
potestati deliquerit . eius contra se iudicium a quo sibi-
prelata est perhorrescat . Nam cum pr̄positis delinquimus .

/165r/ eius ordinationi qui eos nobis pr̄tulit obuiamus . Vnde moy

ses quoque contra sé et áaron conquiri populum cognoscens ait .

Nos enim quid sumus . nec contra nos murmur uestrum est sed contra
deum . Ecce quomodo uterque ammonendi sunt . ut bene se ac
benigne regant . et diligenter se custodiant . et in bene factis
deo similiter placeant . Aliter ammonendi sunt atque aliter domini
serui scilicet . ut in se semper humilitatem conditionis aspiciant .

Paulo apostolo dicente . serui obaudite dominis uestris carna
libus . cum timore et tremore sicut christo non ad oculum seruien
tes . sed sicut domino . Scientes quod unusquisque quodcumque fecerit boni .

hoc recipiet a domino siue seruus siue liber . Domini uero . ut
naturae suę qua equaliter sunt cum seruis conditi memoriam
non ammittant . Paulo iterum dicente . Domini remittite mi
nas subiectis uestris . serui ammonendi sunt ne deum despiciant .
si ordinationi illius superbiendo contradicunt . Paulo iterum

dicente . Serui subditi estote omni ordinationi humanę
propter deum . siue regi . quasi gradui precellenti . siue ducibus .

tamquam ab eo missis ad uindictam malefactorum . ad laudem
uero bonorum . Domini quoque ammonendi sunt . qui³ contra deum de munere
eius superbiant . si eos quos per conditionem teneant subditos . equa

les sibi per naturae consortium non agnoscant . Isti ammonen
di sunt . ut sciant se seruos . esse dominorum . Illi namque ammonen
di sunt . ut cognoscant se conseruos seruorum esse . Iстis namque dicitur .

serui oboedite dominis carnalibus . non tantum bonis sed etiam

discolis . Hæc est enim uoluntas dei in christo iesu . Et rursum .

quicumque sunt sub iugo seruitutis . dominos suos omni honore dig

nos arbitrentur . Illis autem dicitur . et uos domini eadem facite illis remit

³ qui] corr. from quia

tentes minas . scientes quod et illorum et uester dominus est . in cælis .
/165v/ Qui inter omnium actus in ultimo die iudicii discernens . reddet
unicuique iuxta meritum operum suorum . Vbi erunt serui liberi .
qui tamen patienter ferant hic dura imperia mundi .
et impleuerint precepta dei sicut agustinus dicit . Omnia imple
uit qui quod potuit fecit . et dominum mali erunt serui . qui
tamen quę huius sunt seculi sectando hoc est epulando
cotidie inebriando luxuriando . Sicut isaias dicit .
Vae uobis qui consurgitis mane ad æbrietatem sectandam .
et ad potantum unum usque ad uesperum ut uino ęstue
tis . deposuerint hic imperium christi et contempserint
legem ac mandata uitae . sicut euenit inter diuitem
et lazaram . Qui autem bene se regerint et deum dilexe
rint . ac mandata eius seruauerint . et populum sibi com
misum modeste ac rigide pro lege dei gubernauerint .
non solum hic regnabunt cum seculo . sed illic manebunt
cum deo et cum illis deus . sicut saluator ait . Si quis diligit
me sermonem meum seruabit . et pater meus diligit eum .
et a deum ueniemus et mansionem apud eum faciemus . Sicut
legitur fuisse cum abraham et isaac et iacob cęterisque
cum in innumeris . qui hic principes fuerunt in seculo .
et nunc lucide regnant in caelo . Largiente domino
nostro iesu christo . qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat .
in sęcula seculorum . AMEN : ~